

veteri cōsuetudine, vel mortuos quosdā homines, vel demones, deos appellationem, & vt tales venerabatur: non audebant autem veritatem profiteri, vt de Varone indicat August. dict. lib. 4. de Ciuit. cap. 3. 1. Quocirca ex errore Gentilium in pluralitate Deorum nullum potest sumi argui, vt contraria veritas non cenfetur inuisibilis naturali lumine: tū quia ille erat error: vulgi ignorantis, quod humana opinione, & consuetudine dūcebatur: tum etiam quia non satis constat quid nomine Dei intelligeret, nec an cognosceret aliquem Deum vt creatorē ac principium rerum, sed quamlibet superiorem causam aut virtutem, aut hominem insignem, Deum appellaret: quo autem sensu idola coleret, ad hunc locū non spectat. Dicitū est a nobis de eare tractando de imaginum adoratione, in 1. to. 3. p. diff. 54. sect. 8.

SECTIO XI.

An Deum esse inuisibilem, demonstrari possit.

I. Quāra difficultas in Deo cognoscendo sit Philo- sophorū actus & dicitur probatur. Simonides. Plato. Nazianz.



Vid sit Deus, nūquā satis explicare potest humana mens, quod acutē significauit Simonides apud Cice. 1. de Nat. Deo. Qui interrogatus a Tyrāno quid esset Deus, de die in diem procrastinabatur, semper nouū diē ad ridendum expostulans, & semper res obscurior videretur. In quā sententiā dixit Plato in Timæo, Deū intellectu percipere difficile esse, eloqui autē impossibile. Quod dictum corrigens Gregor. Nazianz. orat. 34. quæ est 2. de Theolog. non longē ab initio, dicit: sēgo verō ita potius dicendum censeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse, animo autē atq; intellectu comprehendī multo minūs posse. J Hinc ergo factū est, vt ad explicandā aliquo modo excellentiā diuinæ naturæ varijs negationibus, seu attributis negationibus sumptis vtamur, eo q̄ nec propriē, vel directē seu positiuē dicere possumus quid aut quale sit, neq; etiā vna vel altera negatione id satis exprimamus. Hactenus ergo expl. cuius attributa quæ ex negationibus imperfectionū creaturā sumuntur, quibus indicatur, naturā diuinam omnē creatā naturā superare. Præter hæc verō adduntur alia attributa, quibus diuinā excellentiā per cōparationē ad intellectū creatū, & eius capacitātē explicatur. Videtur enim plus esse quod in intellectu cadere potest, quam quod ipse intellectus est: ideo magis etiā explicari videtur excellentiā diuinæ naturæ per cōparationem & excessum supra capacitatem intellectus, quam per quæcūque positiuum conceptum, quæ de Deo formare possumus. Hac ergo ratione dicitur Deus inuisibilis, incomprehensibilis, ineffabilis: de quibus attributis videndum est quid per illa importetur: & quo modo naturali ratione ostendi possint.

Quo modis dicatur Deus inuisibilis.

Qvod ergo Deus inuisibilis dicitur, primum referri potest ad corporalem visum: & sic difficultatē nō habet: & faciliē demonstrari potest ex superius dictis: nā ostensum est Deū esse incorporeū, ex quo euidētē sequitur nō posse videri oculis corporis, saltem naturaliter: quo modo nunc loquimur: nā cū vitus sit actus corporis, nō potest vitā corpora extendi. Imō peritiores Theologi cenfent, etiā de potētā absoluta non posse visum cor-

Aporale ad incorporalia vidēda eleuari, quia nō potest extra obiectum suum ferri: quod indicaffe videtur Ambros. ser. 8. in psal. 118. Estq; probabilissimum, quomodo interdum dubitare videatur Aug. 22. de Ciuit. cap. 29. Vnde cum in scriptura dicitur Deus visus oculis corporis, intelligēdum est nō in se, sed in aliqua sensibili repræsentatione, vt late Epiphanius heret. 70. & Greg. 18. mor. c. 36. & Aug. epist. 111. & 112. Hoc autem attributū in hoc sensu de claratum, non admodum explicat perfectionem Dei: nam hoc commune est omnibus rebus spiritualibus, vt ex ratione facta constat.

Alio ergo sensu potest illa negatio ad intellectū referri, nā per translationē etiā illa videri dicitur, quæ per intellectum propriē, & prout in se sunt, cōspiciuntur. Vnde per hæc negationē nō negatur, aut impossibilis dicitur omnis cognitio Dei: alioquin falsō Deo attribueretur, cum ostensum superius sit posse Deum naturali lumine cognosci, imō & demonstrari. Vnde neq; omnis cognitio euidēs excluditur per hoc attributū: non enim omnis cognitio etiā euidēs, visio propriē appellari potest: nā visio intuitiuam cognitionē propriē significat: potest autem esse cognitio euidēs abstractiua. Itē visio dicitur clarā rei cognitionē in se ipsa, & prout in se est: cognitio autē euidēs potest esse cōfusa, & per conceptus improprios, seu connotatiuos, & negatiuos, itaq; per hoc attributū nō dicitur Deus incognoscibilis (vt sic dica) aut indemonstrabilis, sed tantum inuisibilis. Non potest autē hoc attributū in hoc sensu explicatum intelligi aut vt erē dici respectu omnium intellectū, nā certū est Deum sibi ipsi non esse inuisibilem: quod ratione etiā naturali demonstrari potest, nam Deus est substantia intelligens & intelligibilis, cum immaterialis sit: ergo est sibi ipsi maxime proportionatus, vt se perfectē intelligat ac videat: non ergo dicitur Deus inuisibilis sibi ipsi: dicitur ergo inuisibilis respectu aliorum.

Potest autem Deus dici inuisibilis primo respectu intellectus humani, prout in hac vita exiit, & cognoscit cum dependētia aphantasmatis: & hoc modo est non solū certū secundū fidē nostram, sed etiā euidēs, Deū esse inuisibilem ab homine mortali naturali virtute sui ingenij inquirentē Deū, etiam illū inuenire & intelligere cōtingat cū summa perfectione quā humanū ingenij discursu, inuentione, doctrina, & quacūq; naturali intelligentia acquirere potest. Patet primō ipso experimento: nullus enim mortaliū hactenus Deū vidit hoc modo, neq; vllus Philoſophorum infidelium de se, vel de alio sapiētiori restatus est, q̄ ad huiusmodi Dei visionē peruenerit: neq; etiam infidelis aliquis Philoſophus id testificari potuit, cum id fidei repugnet. Fuerunt quidem nonnulli hæretici, dicti Begardis, & Beguina, qui asseruerunt Deū posse naturaliter ab homine videri. Sed illi leuiter ac sine fundamento locuti sunt: & nullū possunt vti mendacij testē asserere, sed potius apertissimis Scripturæ testimonijs conuincuntur, & ideo ab Ecclesia damnati sunt: sed nō est nostrum hæc nunc prosequi. Ratione item demonstratur, quia omnis cognitio nostra in hac vita, incipit a sensu, & pendet aphantasmaticis: Deus autem est supra omnia sensibilia, & supra omnia phantasmata: qua ergo via aut ratione ascendere poterit homo ad videndum Deum in se? Itē ob hæc rationē nō potest homo intuitiue videre animā suā, quæ sibi videtur maxime cōiuncta &

III. Deus cognosci potest a creatura euidētē.

III. Deus ab homine i hoc statu existente inueniri potest.

Hæretici q. hoc negauerunt. Iſai. 64. Exod. 33. Ioan. 1. Clemē. V. cum Con cil. Vienn. in Clemē. ad nostrū de hæreticis.